N.º 18 –

Carta Pastoral de Bened.to 14 de 19 de Dezembro de 1744 escrita a D. Frei Polycarpo Bispo de Pekim na China –

Sec. Oriente – m. 1 – doc 7

19. Xbr. 1744. 8.

Benedictus P.P. XIV.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem. Red-
ditę Nobis fuerunt eodem tempore duę Fraternitatis Tuę Epistolę, prima
uidem die X.a Mensis Januarij elapsi anni MDCCXLIII. qua gratiarum
ctionem Nobis, quod Tibi Episcopatum Pekinensem in Sinis contuleri-
mus, referre studes, altera verò die V. Mensis ejusdem Januarij currentis
nni MDCCXLIV. data, qua dolens quereris, Te apud Nos tamquam debi-
Apostolicis Constitutionibus, ac Decretis obedientię reum fuisse peractum.
na insimul cum hisce epistolis tuis accepimus pariter solemnem juris-
randi à Te in Episcopali tua inauguratione debiti juxta formam, ac
norem Tibi prescriptum in ipsis Nostris tuę ad Episcopatum promotionis
teris in simili forma Brevis expeditis Actum; nec non duo alia in
uthentica forma prescripta testimonia, alterum quidem de jurejurando super
ostolicę Constitutionis, quę incipit = Ex illa die = alterum verò de
rejurando etiam super alterius Apostolicę Constitutionis, quę incipit =
x quo = observantia prestitis. Hisce omnibus conjuncta erant non-
lla etiam prescripta Missionariorum testimonia, qui Te studiosum,
ligentemque super observantia memoratę Apostolicę Constitutionis =
x illa die = esse testabantur, quemadmodum Tu ipse Sacramento
testaris. Sed Fraternitati Tuę primum omnium persuasum esse
lumus, Nos non levibus, sed gravibus rationum momentis, quę Te, et A-
stolicarum Constitutionum transgressorem, et indulgentiis permis-
nibusque b. m. Caroli Ambrosii Mezzabarbę dum viveret, Patriar-
Alexandrini Apostolici in Sinis Legati nimium abutentem no-
bant, adductos ad Te ita, ut Fraternitati Tuę notum est scripsisse.

Quid

Quod ad posteriorem quidem jusjurandum attinet à Te conceptum est in hæc verba = Juro etiam me numquam Constitutionem = Ex illa die = verbo, scripto, aut doctrina offendisse, imo pro ejusdem observantia, quantum infausta, tot sanctæ Legis prohibitionibus tempora sineba non parum semper laborasse, ut quamplurimis argumentis possem comprobare. Ex quibus sane verbis nolumus Nos, sed quispiam, quem modum reipsa nonnulli suspicati sunt, posset colligere, et arguere veram esse accusationem in Te de habita jam tua agendi ratione conflatam. Verum his prætermissis, id Tibi unum quoad hanc part in animo semper fixum permaneat, tam apud Nos ipsos, quam apud nerabiles Fratres Nostros S.R.E. Cardinales negotiis, et consultationi bus quarumcumque Congregationum Apostolicæ hujus Sanctæ Sedi præpositos plurimum valere hoc unicum, et maximum ad accusa num veritatem, falsitatemve dijudicandam, comprobandamque gumentum, novam scilicet post criminum delationes initam ag di rationem. Quamobrem adesto animis, et enitere, ut quemadm dum Tu spopondisti, et Nos de Fraternitate Tua Nobis pollicem ita deinceps Te in omnibus rebus geras, ut tuam erga Apostolicas stitutiones, atque eas præsertim, de quibus agitur, obedientiam, re verentiam, Zelumque non solum Nobis, sed universis etiam pro bare, et reipsa commonstrare ex animo studeas. Hinc enim fore confidimus, ut falsitatis redarguantur accusationes de gestarum rerum ratione à Te hactenus habita, instructæ. Porro, ut cæteris in tuis literis à Te propositis satisfaciamus, asseris quidem, quod cum per quæ

decim

annos operam, laboresque tuos in Sacris Missionibus istic peragendis
impenderis, atque adeo optime noveris istarum partium, ac populorum
ingenia, ac mores, et rerum vices, contestari prę cęteris possis pręsentia
certe tempora exposcere, non angustiari vasa carnis, sed dilatari spatia
charitatis; ac propterea melius fuisse consultum, res omnes in eodem,
quo reperiebantur statu relinquere, cum in presentia omnis spes de exi=
genda à Christifidelibus istarum partium debita Apostolicis Constitu=
tionibus obedientia penitus precisa videatur. Apostolica namque Sa=
crosanctum Jesu Christi Evangelium predicandi libertas, non tam im=
pedita, quam certe sublata est; quippe quod Christifideles per vim me=
tumque ad Idolorum templa trahuntur, unde timendum est ne pro=
ximum immineat Sacris Missionibus excidium. Nec Fraternitati Tuę,
nec aliis in Vinea Dei adlaborantibus insunt vires, quibus per vim
etiam Christifideles, ut vestris mandatis ea, qua par est reverentia
obediant, cogi possint. Tartari pariter, et ipsi Fideles tam intra Peki=
ni mœnia, quam in Suburbiis sub gravi durę servitutis jugo degentes
omni procul dubio antiquis indulgentiis permissionibusque per abu=
sum inhęrentes, ne à Dominis ad Imperatorem deferantur, Apostoli=
carum Constitutionum observantiam periculis, ac tormentis postha=
bebunt; quamvis Fraternitas tua, aliique Missionarii per pastorales
exhortationes monere, obtestarique minime omittant. At liceat
ut Fraternitati Tuę replicemus, post susceptum consilium, omnique
per tot annos retinendi, servarique faciendi patrios Sinarum Ritus,
priscasque ceremonias, propositis tot, tantisque in varias partes
tra=

[illegible] supplicationibus, et desiguatissimis post diuturnam, accuratissi-
mamque adhibitis diligentiis, requisitisque debitis notitiis eorumdem
Rituum, et Ceremoniarum discussionem, fieri ne poterat, ut sine
gravissimo conscientiae angore consilio tanto providentiae Capita
et Constitutiones tanta sapientiae progressae amplius differrentur.
Certè si obfirmatis Patronorum praescriptorum, Ceremoniarumque pro-
hujusmodi sensibus, vestrisque assensum, satisfactumque fuisse,
numquam profecto advenisset tempus, verbo tuo usurpamus, angust-
iandi vagae carnis? Nos quidem non latet Vobis deesse cogendi, c-
ompellendique vires; sed scimus, et certi sumus eandem inesse Vobis vi-
rtutem, quam habebant Sanctissimi Jesu Christi Apostoli (si tamen Aposto-
lico Spiritu ducti ad Evangelium praedicandum ad remotissimos Populos
cessistis) qui reponentes omnem fiduciam in eo, qui eos confortabat, De-
et ferventis caritatis zelo, et verbi Divini Ministerio non solum gentes
ad credendum perducebant, sed credentes etiam, novae fidei germina
collectumque Jesu Christi gregem providentissime regebant, et sua-
viter, fortiterque incedebant, et excitabant ad illud jucundissimum
Spectaculum à Minucio Felice descriptum, praesertim ubi ob oculos
ponit laetitiam Christifidelium, qui intentatas minas, objectaque
tormenta despicientes libertatem suam, adversus Reges, et Prin-
cipes erigebant, soli Deo cedebant. Ingenti cum animi nostri dolore
et graviori, quam explicari possit, maerore nuntium excepimus bene [illegible]
tium de persequutionibus isthic adversus sacrosanctam Jesu Christi
Religionem saevientibus: verum quod hujusmodi persecutiones ob in-

nime

…n fuissent proscripti Ritus, Ceremoniaeque Sinenses, et
…ne sublatae fuissent indulgentiis, permissionesque laudati
…Ambrosij Patriarchae, vel desinerent, vel mitiores fierent,
…praedicandi Evangelium libertas magis coalesceret, nec Chri-
…fideles ad Idolorum templa raperentur. Haec ne ij quidem di-
…ires, qui juxta humanae prudentiae regulas dijudicant, unquam
…uadebunt; quanto magis eadem in animum nunquam indu-
…suum ij, quibus pro comperto, exploratoque est, quod Christia-
Religio inter persecutiones semper increverit, adoleveritque.
…tibus jam notum est in rebus ad Orthodoxam Religionem
…entibus patientiam, sive tolerantiam, ubi de superstitio-
vel Idolatria agitur, nullo pacto haberi posse; tunc enim juxta
Tertullianum: Omnis patientia hujusmodi Idolatria. Ce-
…um unicum, ac singulare solatium, quo Nos dolentes, moeren-
…que consolamur, inde affertur, quod ex tuis literis perspicimus
…o debitae Apostolicis Constitutionibus, ac Decretis observantiae
…e studiosum, planeque accensum esse. Quamobrem fore in
…e Misericordiarum, et Deo totius consolationis confidimus,
Christifideles proposito Fraternitatis Tuae exemplo, Zelo, Opera,
…filijs, et monitis exciti Orthodoxam fidem integram, reliquiis
…mque Gentilitatis omnino puram, puramque ad Principis etiam
…nebrarum contemtum, despicatumque constanti pectore profi-
…ri, et coram hominibus Jesum Christum confiteri non erube-
…ant. Nam utile est, et salutare, ut S. Cyprianus Episcopus, et Mar-

tir

magis in verbo, et opere docuerit, quam se Episcopus per firmamentum
fidei fratribus præbet imitandum. Interea à beatorum omnium
largitore Deo uberrimam Cælestium Charismatum copiam Fra=
ternitati Tuæ apprecantes, Apostolicam Benedictionem Tibi, Ve=
nerabilis Frater peramanter impertimur. Datum Romæ apud
S. Mariam Majorem Sub Annulo Piscatoris die XIX. Decembris
MDCCXLIV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Caietanus Amatus.

foris = Venerabili Fratri
Polycarpo Epõ Pechinensi
in Sinis